C. litigat, non protinus rem criminanti restituendam censemus, sed possidenti te nēdam vsquequo iudicatum sit: ita etiam de pluribus par esse putamus, cùm scilicet iudicum asserentium iniuriam, & negantium, parem numerum esse constat. Vt enim in principio cùm alter criminatur, alter inficias it, legum autorem non criminanti fauere, sed reum iubere dominū rei esse tantisper debere, dum accusator superet, oportere existimamus: itidem cùm pari suffragiorum iudicatur examine, reum suorum comportem esse censemus, cùm sententiis paribus nihil exuperantiæ legum author accusatori reliquerit. Magnis item delictis, magna supplicia statuta sunt. Itaque si iudices iniusta sententia hominem capite damnarint, post vt suum errorem emendare queant, nullam temporis facultatem nanciscentur: sed si minus integrè liberarint, si hoc ita cautè, tutéque fecerint, vt nihil præterea delinquere ille vellet, quid, quæso, erraverint iudices, quòd hominem vsque eò emendatum liberarint? Sed si posthac etiam delictum idem commiserit, morte eum vtriusque delicti causa mulctandum lex præcepit. Item hominis est profectò iniquioris ea committere, quæ crimini assignari iniquè minus consentaneum est. Iniuria enim per iram, per metum, per libidinem, vel per multas alias huiusmodi causas aduehi potest, non tantummodo ex consulto: crimen autem ex consulto magna ex parte iniustè obiicitur: quam ob rem cùm sententiæ accusatorem iniustè agere, pariter & reum deliquisse affirment, improbúsque habitus sit, qui iniustè accusat, victoriam lex iurè optimo reo impertit. Item, nos etiam ipsi nostris cum familiaribus ita agimus, vt cùm eos deliquisse aliquid suspicamur, & tamen nihil certi habemus, sed pariter culpa vacare existimamus, non protinus ad plectendum veniamus: atque si nihilo rem amplius percensere possimus, culpa eos omnino absoluimus. Item grauiorem his facit iniuriam, qui ex consulto, quàm qui non ex consulto iniuriatur. Atqui planus, atque calumnians semper ex consulto lacessit: qui autē iniustè aliquid feoit, aut per necessitatem, aut per imprudentiā, aut prout aliter sors tulerit, delinquit: cúmq. pares sententiæ sint, accusator iam ex consulto iniuriam facere dimidio iudicatur sententiarum: reum autē facere quidem iniuriā reliquo sententiarum dimidio asseritur, sed facere tamen ex consulto nō constat:

A ὁ δέ, ἀμφισβητῆς ὑφ' ὁποτουοῦν, ἐκ δυθεῖς οἰόμεθα δεῖν ἀποδοῦναι τοῦ ἐγκαλοῦντος, μὴ ἀνέμεθα τὸν κεκτημένον, ἕως ἂν κριθῇ. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὅταν πλείονες, ὅταν ἰσάζῃ τὸ πλῆθος, τοῦ τε φασκόντων ἀδικεῖν καὶ τοῦ μὴ ὁμολογούντων· ὡς γὰρ ὅτε ἐξ ἀρχῆς ὁ νομοθέτης ἀνεκάλει, ὁ δὲ ἀπηρνεῖτο, οὐκ οἰόμεθα δεῖν τὸν νομοθέτην φεύγειν τοῦ ἐγκαλοῦντος, μὴ τὸν φεύγοντα κύριον εἶναι, ἕως ἂν ὑφορχῶ τινα ἔχῃ ὁ ἀδικῶν. ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι τὸ κριτῆς, ἐπειδὴ οὐδεμίαν ὑφορχῶ ἴσον ἔθεσαν τοῦ ψήφων, χῆ χώραν εἴασιν ὁ νομοθέτης ἔχειν. ἐπὶ δὲ τοῦ μὴ ἀξιολόγου ἁμαρτημάτων, μεγάλαι καὶ αἱ κολάσεις εἰσίν, ὥστε ἀδίκως [μὴ] κατεψηφισμένος καὶ μὴ γνοῦσιν, ἐκ ἔστιν ἐπανορθοῦσθαι καιρὸν λαβόντας ὁπολύσασι δὲ παρὰ τὸ προσῆκον, εἰ μὴ οὔπω ὗλαβῶς, ὥστε μηδὲν ἔτι ποτὲ ἁμαρτεῖν, τί ἂν καὶ μέγα ἡμαρτηκότες οἱ κριταὶ εἴησαν, τοιοῦτον αὖθ' ἕνα ὁπολύσαντες θανάτου; εἰ δ' ἔτι ἐξ ὑστέρου ἁμαρτάνει, δι' ἀμφότερα αὐ αὐτὸν νῦν κολάζεσθαι ἀξιοῖ. ἔτι ἀδικωτέρου μὴ ὄντα αὐτὸν τοῦτο ἀδικεῖν, ἢ ἥττον εἰκὸς ὄντα ἀδίκως ἐγκαλεῖσθαι; τὸ μὴ γὰρ ἀδικεῖν, καὶ δι' ὀργὴν καὶ διὰ φόβον, καὶ δι' ὀπθυμίαν, καὶ δι' ἄλλα πολλὰ γίνεται, καὶ ἐ μόνον ἐκ προνοίας· τὸ δὲ ἀδίκως ἐγκαλεῖν, ὡς ὀπιστοπολὺ ἐκ προνοίας ὄζει ὥστε ἐπὶ ἴσαις αἱ ψῆφοι γεγόνασι, τὸ δὲ ἀδίκως τὸν ἐγκαλοῦντα ἐγκαλεῖν, καὶ τὸν φεύγοντα ἀδικεῖν, φαύλου κριθέντος τῶ ἀδίκως ἐγκαλοῦντος, τὸ νικᾶν τοῦ φεύγοντι ὁ νομοθέτης ἀπένειμεν. ἔτι δὲ καὶ αὐτοὶ ἅπαντες ἐχρῶμεθα πρὸς τοὺς πειρῶντας, ὥστε ὅταν ὑποπτεύσωμεν τί αὐτοῦ ἡμαρτηκέναι καὶ μηδὲν ἀκριβὲς ἔχωμεν; ἀλλ' ὅμως αὐτοῦ ὑπολαμβάνωμεν πεφυκέναι, ἐκ δυθεῖς ὅτι τὸ κολάζειν ἐρχόμεθα· καὶ ἐὰν μηδὲν μᾶλλον σωώμεθα ἐξετάσαι, ἀφιέμεν τούτου τῆς αἰτίας. ἔτι μείζω ὑβρίζει ἀδικεῖ ὁ ἐκ προνοίας ἀδικῶν, ἢ ὁ μὴ ἐκ προνοίας. ὁ μὲν δὴ συκοφαντεῖ, ἀεὶ ἐκ προνοίας ἀδικεῖ· ὁ δὲ ἕτερόν τι ἀδικῶν, τὰ μὲν, δι' ἀπάγκλιν· τὰ δὲ, δι' ἄγνοιαν· τὰ δὲ, ὅπως ἐτύχεν ἀδικεῖν αὐτῷ συμπίπτει. ὅταν δὲ ἴσαι γένωνται αἱ ψῆφοι, ὁ μὲν διώκων, κέκριται ὑπὸ τοῦ ἡμίσεων ἐκ προνοίας ἀδικεῖν· ὁ δὲ φεύγων, ὑπὸ τοῦ λοιπῶν ὡς ἀδικεῖν μὲν, οὐ μέντοι [γε] ἐκ προνοίας.

ὥστε